

nem instrumenti publici, quod est factam sine causa ut dixi, l. 1. *glos. mag. versio. sed nunc obstat. tit. 2. l. libro 4. super. Quae tamen duobus limitat modis Dida. Per. ubi sup. col. 105. 3. primo quod non procedat si contractus ille, promissio, vel obligatio contineret conditionem, nam tunc causa non requiritur cum conditio illa pro causa habeatur, quod & ultra Paul. ubi relatum tenet Ant. Gom. *tom. 2. cap. 11. num. 3. in medio. & melius num. 4.* Ex quo semel tenui & nunc teneo quod licet in fideiussione causa requiratur, secundum Hippol. in Rub. numero 318. de fideiussor. & Mari. Socin. Junio. col. 106. numero 6. & 23. vol. 3. ubi num. 24. declarat causam in fideiussione considerari respectu principalis obligationis, non vero quod in ipsa fideiussione requiratur, tamen si fideiussor talis sit conditionalis, ut puta in fideiussore, si Titius non solverit, ego solvam, quae conditionalis fideiussio est, secundum Bart. in lege ita stipulatur. opposi. 3. ff. de verb. obi. communis secundum Alex. ubi n. 4. licet alia causa non addit, valebit tamen fideiussio talis, vel alia qualibet conditionalis. Secundo non procedit principalis assertio, eo casu, quo quis scienter promitteret, sciens se ad illud promissum non teneri, & sic in instrumento declaraverit, quod ex certa scientia sciens se ad id non teneri promittit, quia tunc est praesumpta obligatio ex causa donationis, ideo nimirum si valeat etiam si non addit causa, ut & per Anton. Gom. *tom. 2. cap. 9. numero 3. in fine & in c. 11. numero 5. & ante eos Bart. & glos. in l. 2. §. circa ff. de doli excepti. & Cyn. in lege generaliter. C. de non n. pecu. l. 3. quastione. & Jac. in l. juris gentium, §. sed cum nulla, num. 28. ff. de pactis, ubi inquit in hoc casu cum donare praesumatur, id verum secus si esset in dubio, & ibi oprime Oroscius, columna 796. versiculo 10. & Bartolus, ubi supra, reprobatur glossam, ubi dicentem quod si uterque sciebat non teneri, non praesumitur donatio, sed reprobatur secundum Bartolum, ubi & ex dictis per Felin. in cap. si cautio, num. 4. de fideiussor. quam tamen limitationem intellexerim, quoties fit à persona potente donare & in quantitate de iure permissa, non vero aliàs, pro quo facit illud dictum Avend. in titulo de las excepciones, numero 30. versiculo & in omnibus, ubi dicit quod quamvis in instrumento de recepta & solatione non requiratur, causam contineri, hoc tamen verum est, cum fit ab eo, qui donare potest, non vero si ab alio, qui donare non potest, ut est administrator.**

46 In mandato tamen in rem & propriam Hispanie, poterit in causa propria, sine dubio etiam lege nostra attenda, causa requiritur, aliàs nihil valet, ex text. in lege ab Anastasio, C. manda. & in lege per diversas, eod. tit. tenet alios allegans Joande Grassus, in tractat. de cessi. jur. & ali. fac. n. 5. & 6. & ibi ejus additio volum. 5. tract. sub §. 1. & Jacob. de Azenis, in eodem tractat. Rubrica 2. n. 16. & Monteroso, in pract. tract. 5. cap. de poderes in causa propria fol. 127. Cyn. & Salvo. 10. & 11. in dicta lege per diversas, & facit lex, qui stipendia, C. de procur. & l. 6. tit. 18. partia 3. ubi glossa raxon. & allegat haec novissime Gutierrez. 1. parte. c. 47. n. 11. 12. & 13. ubi limitat & declarat, & n. 14. querit an juramentum * suppleat hanc causam. Inquit tamen optime Jaf. in lege triticum. num. 6. folio 127. ff. de verb. oblig. quod causa suppleri potest * ex aliquo con-

tractu antecedente. Ex quibus vides regulariter in contractibus onerosis causam requiri. Et sic inquit glos. dicta l. 2. §. circa. ff. de doli excepti. quod libellus ubi peto decem, quia promissisti, non procedit, nisi dicas * quia promissisti ex causa mutui vel simili, de quo per Lanfranc. in cap. quoniam contra §. petitiones, num. 2. 5. de probatio. sic neque petitio in qua peto per caponium singulis annis quia tui majores promiserunt, sed debet adjici, pro possessionibus, quas à meis majoribus possides vel majores tui habuerunt, probata tamen diuturna praestatione praesumitur promissio & causa, ut not. lege cum de in rem verso, ff. de usur. ita glos. dicto §. circa. Item & notandum est unum singulare, quod quavis causa in instrumento non continetur, potest per testes & suppleri & probari * secundum Bald. in lege generaliter colum. pen. C. de non n. pecu. & glos. pen. l. 3. par. 3. per text. ubi in ver. fuerat eade, probans quod confessio extrajudicialis sine causa non valet, inquitque text. ubi, in illo vers. fuerat eade, hoc esse verum nisi pars illa in casu favoris confessionis fuit facta probet causam aliquam apparentem propter quam illud sibi debeatur, si ergo confessio sine causa suppletur per probationem, itidem & supplebitur confessio sine causa ex instrumenti tenore resultans, sicut ut supra diximus ex antecedente contracta vel scriptura suppleri potest, Et haec quoad forum forei procedunt, quoad forum tamen poli & sic conscientiae non requiritur causa, secundum Navar. in manuali, cap. 18. nu. 9. verum tamen est, quod si quis constituitur esse debitorum Titii pro restio rationis talis confessio & obligatio dicitur cum causa & prout in propositum tenuit Alexan. & Salic. relati per Avend. in d. tract. de las excepciones, n. 2. 1. vers. quarta solemnitas est, folio mihi 142. Et pro complemento hujus legis, est notandum etiam quod licet aliàs ex publico instrumento vel itidem ex privato nulla neceretur obligatio, sed probatio tantum, nisi adesset verbum & promitto, vel solemnitas stipulatio, secundum Petrum Salicet. num. 11. Paul. & alios relatos per Collam, in l. si ex cautione, in prin. 1. declara. & itidem in 2. & 5. in prin. tamen ex lege nostra non solum probatio inducitur, sed & obligatio, cum solemnem stipulationem intervenisse lex nostra praesumat in quocunque contractu, & sic ex confessione sola absque verbis facturi temporis oritur litterarum obligatio, prout tenebant Accursi. & cum eo plures relati per Collam, in d. 3. declara. num. 2. & intelligitur tunc etiam verbum promitto, ut & inquit Suar. relatus per Collam ubi in ead. 3. declaratio. num. 9. in fine pagina 431. Quibus quidem lex nostra satis remanet declarata, commentata cum necessariis punctationibus & declarationibus, & sic ad alias leges deveniendum est.

IN LEGEM TERTIAM,

Que erat 66. Tauri,

Nemo ad satisfaciendum tenetur pro debito pecuniario in judicio ab eo petito, vel perendo, nisi prius per informationem testium vel instrumentorum constet id, quod petitur, deberi.

SUMMA

SUMMARIUM.

- 1 Qui immobilia non possidet prestare tenetur fideiussorem de judicio sibi & de exhibendo cum toties quoties iustum fuerit, sub poena de judicio solvendo, nisi ut ibi, & cum aliis nostri textus requisitis in numero 2. insertis.
- 2 A regno forensis non tenetur satisficere, si in regno immobilia possidet.
- 3 Contrahens cum advena vel forense non potest ab eo petere satisfactionem dictam, ubi idem in contrahente cum homine suspecto.
- 4 Instructio advocatorum ad articulandum contra debitorem inopem ut satisfiat.
- 5 Cautio juratoria an sufficiat si debitor non reperit fideiussores, & in numero tertio dicitur quod si non reperit in loco iudicii sed extra, & ibi cum n. 7. quando cautio juratoria sufficiat & num. 8. quod pignora dare sufficit.
- 6 Usufructuarius non potest cavere de utendo & fruendo pro fideiussorum dationem an sufficiat per juramentum.
- 7 Fideiussor de judicio, & fideiussor de las, in quo differant, & n. 9.
- 8 Judices cavere debent ne relaxent reos sub fideiussoribus de judicio sistendo, quia lata prima sententia cessat fideiussio, secus in fideiussore de judicio solvendo vel de las, ut ibi.
- 9 Reus quot bona immobilia debet possidere ut evitet satisfactionem.
- 10 Anni redditus immobilibus comparantur & sic faciunt cessare satisfactionem.
- 11 Reus si possidet immobilia in territorio alterius civitatis an evitabit satisfactionem.
- 12 Fideiussio de judicio sibi & iudicato solvendo apud unum iudicem praestata non extenditur ad alium, nisi ut ibi.
- 13 Citatio partis non requiritur neque confessio litis ad informationem praestandam de non idoneitate rei, ubi & quod sufficit per testes probari.

Ibi De se arraigar, Quid esset in hoc statutum de iure communi civili scribentes hic, & praesertim Anto. Gomez. num. 1. discebant, à quo desumpti Martien. hic gl. 1. nu. 1. cum 3. sequen. qui omnes dicunt pro praesupposito & introductione nostrae legis, quod quamvis ex §. 1. init. de satisda. & ibi DD. quod constituebant, per tex. in §. sed hodie, inst. eo. tit. & l. sciendum ff. qui sat. cog. novissime providetur indistincte neminem satisficere teneri de iudicato solvendo sed tantum de judicio sibi, sed si immobilia possidebat nullam harum satisfactionum esse adstrictam praestare, si ea cum titulo & bona fide possidebat, vel saltim cum bona fide sine titulo, quia utroque casu cessat praesumptio fugae, secus si sine titulo & cum mala fide possideret, & haec quidem satisfactio ex lege nostra renovatur ut de iure non possidet immobilia ut actori sit consultum, non vero ut ne reus fugiat, ut sentiebat & male gl. in d. l. sciendum, quam reprobatur Sua. in l. 2. tit. de los emplazamientos, num. 13. lib. 3. fori, pag. 369. & sic iste fideiussor dandus, praesertim attentis illis verbis nostrae legis, de la deuda, est de iudicato solvendo, secundum Suar. ubi supra. ideoque Azavedo in Recopilacionem. Tom. III.

que in fine dicti num. 13. inquit ipse Suar. magno studio esse advertendum an limitationis date ad d. l. sciendum, quas ibi ipse proponit, & DD. hic, applicari possint ad illam l. fori, de los emplazamientos, & per consequens ad nostram legem praesentem, quae actori pro debito consulere vult, per satisfactiois praestationem de iudicato solvendo & iudicio sistendo, sufficeret tamen meo videri, satisficere de las, in iudicio & exhibendo & praesentando reum, quoties petitum fuerit, aliàs solvente iudicatum fideiussore ipsi, quae fideiussio de las, Hispanae dicitur cum Roderico Suar. ubi sup. §. ulterius nota, nu. 3. eo quod iura non adstringunt dare fideiussorem in plus, quam quis fuerit obligatus, sed non habens unde solvat, liberatur dando seipsum ad servendum iuxta leges nostras, sufficit ergo dare fideiussorem, de se exhibendo & praesentando coram iudice personaliter, quoties iudici videbitur, idem voluit Greg. Lop. in d. l. 41. r. 2. p. 3. verbo, demandarle fiador, nisi post latam sententiam, vel confessionem ab ipso reo factam, qua se declarat debitorem quoniam tunc non liberabitur dando fideiussorem de las, nec de iudicato solvendo, sed donec solvat, debet esse in carcere post elapsum tempus condemnatis miseracionis causa concessum, ut melius explicat idem Suar. ubi supra. num. 11. 13. 14. & 15. fol. 180. & sic lex nostra in hoc addit cum dicta lege fori iure civili, ut non sufficiat satisfactio de iudicio sibi, sed & requiratur de iudicato solvendo directe, vel indirecte, mediante dicta fideiussione de las, item & secundo addit lex nostra iuri civili disponenti reum non possidentem immobilia satisficere debere constituto prius per informationem quod immobilia non possidet, item & quod id quod petitur debitum est ab eo, ita ut unum sine alio non sufficiat probare, lex etiam nostra declaratoria, & suppletoria juris civilis est, non vero correctoria & per consequens, si possidet immobilia etiam si constet debere petitum, non satisficere, neque itidem satisficere praebere, si immobilia non possidet, de debito autem non confiteri per informationem summam testium, vel instrumentorum, in declaratione lae pollicitationibus ff. de polli. quam allegavit Jaf. 1. lecti. l. filius fa. §. divi. nu. 97. de leg. 1. & Suar. ubi supra. vers. sed ut. rende nu. 10. pag. 400. & Ant. Go. no. 2. c. 11. n. 57. & probat optima l. 40. r. 2. p. 3. & sic in presenti voluerunt Casti. col. 3. & An. Go. dicentes iniquum & absurdum esse quod idoneus satisficere, & sic in simili voluit Rebus. in 1. 10. r. de constit. in pro. amio, glo. 5. n. 129. Imo & quod plus est quod debitor iste petitus sit forensis à regno & dum tamen in regno immobilia possideat ad debiti petitii solutionem sufficientia, non tenetur praestare fideiussorem hanc, etiam si detur debiti informatio, secundum Math. Afflic. decis. 109. & glen. la tierra, in d. l. 41. r. 2. p. 3. & Suar. d. §. ulterius n. 2. & An. Go. hic, in casu tamen in quo exterius hic fideiussore praestare tenetur, ut pote quia in regno non possidet bona immobilia, praevio juramento ipsius, quod in loco iudicii eos praestare non potest, satis erit quod praestet alibi dum tamen non sit in loco nimis remoto, ita quod non consulatur actori l. fideiussor, §. si necessaria, ff. qui sat. cog. Suar. d. l. 2. §. n. 11. & sequen. d. r. de los emplazamientos, lib. 3. for. pag. 375. Est tamen verum

H l h i j quod

quod si quis cum advena contraxit & homine extero vel cum forense paupere, non potest post petere satisfactionem hanc praestari ꝑ ob non praestitam vel petere ut incarcerationem, quoniam tempore, quo contraxit, talis erat, neque nunc dici potest suspectus; cum in eodem remaneat statu, & sibi imputet, si ante contractum non exegit, ex text. optimo in l. heres absens §. proinde ff. de judi. & ex dictis per Dec. col. 75. & per Suar. ubi sup. num. 35. pag. 404. ubi num. 46. contra Bald. dicit hanc magis communem opinionem sub §. 7. pag. 408. in prin. & sic si contraxit cum homine suspecto, non potest peti quod satisfiet quia suspectus secundum eum, Suar. d. §. 7. num. 32. pag. 404. & sic intelliges, quod dixit ipse Suar. l. post rem. limi. 7. legis regia. num. 2. ad §. pag. 308. ubi capi potest suspectus de fuga, nam id verum, si suspicio supervenit post contractum, secus si tempore contractus emergebat suspicio, sicut & in paupere debitor dixit idem Suar. d. §. 7. num. 32. pag. 405. in prin. invehens contra alios imperitos, qui sequentes imperitos advocatos immEDIATE ostensio eis instrumento debiti & praestito juramento de suspicione & fuga, consueverunt concedere familiam & capi facere talem debitorem, nam male faciunt, secundum Ang. relatum per Suar. d. num. 32. debet etiam eis constare quod tempore contracti debiti ille erat idoneus & solvendo & sibi calamitas supervenit in signis, aut inopia magna quia si ejus conditio non est mutata, imputet sibi, quia cum tali contraxit, & ejus fidem fuit securus, neque sufficeret, secundum Suar. ibi n. 33. si modica calamitas aut paupertas supervenit, ex l. si arbit. §. ex can. ff. qui sat. cog. & eodem modo si post calamitatem supervenientem diu taceisset creditor, ut ex text. notab. in l. si cred. C. de prio. cred. ubi Ang. instruit advocatum actoris, ut faciat fidem de debito ꝑ per testes vel instrumenta, narret etiam quod tempore debiti contracti debitor erat idoneus & solvendo & talis reputabatur, & quod ad notitiam sui novo pervenit quod eidem debitori insignis calamitas, aut magna inopia supervenerit, & super his duos testes inducat & delato sibi juramento juret quod habet eum suspectum, & tunc judex secure concedat licentiam capiendi quovis que satisfiet de judicio sili, & sic dicit se in finit vicibus practicasse, & sup. d. etiam tenuerunt Pal. Rub. & An. Go. n. 3. hic, Pal. Rub. in rep. c. §. 9. n. 14. & gl. verb. sino d. l. 4. r. 2. p. 3. quicquid voluerit cogitare Suar. ubi sup. in d. §. 7. n. 43. & 44. pag. 407. Adest tamen in proposito optima & singularis quaestio, quid si debitor iste satisfiare debens non reperit ꝑ fidejussores, stabiturne suae juratoriae cautioni, an vero necessario debet satisfationem hanc praestare, aliter etiam in carcerem detrudatur, in quo de jure civili indubium erat cautionem juratoriam sufficere, ex text. in §. sed hodie inst. de suis. l. cum non facile ff. si cui plunquam per l. sol. gl. d. 1. ff. qui sat. cog. l. 4. r. in fin. 2. p. 3. Suar. in d. r. de los emplazamientos §. 1. n. 4. p. 366. Jaf. d. l. 1. n. 23. ff. qui sat. cog. lmo & quod fortius est, quod etiam in casu in quo usufructus legatur alicui rei alicujus proprietate ꝑ ejus alteri relicta, sufficit in hoc casu cautio juratoria, si usufructuarius hic pauper sit neque post sententiam reperiat, prout tenebant aliqui relati per D. Gutier. in l. nemo n. 292. cum pluribus seq. d. l. 1. sed contraria est communis ut inquit Roland. cons. 92. n. 1. & seq. l. 16. & tenet Jaf. in l. 1. n. 23. lim. 10. ff. qui sat. cog. &

sic cum ut supra dictum est, lex onstra non est correctoria, sed suppletoria, & additionatrix juris civilis & paritarum, neque in hoc censetur corrigere, & hoc nisi secundum Paul. Cast. in d. l. 1. ff. qui sat. cog. ex aliquibus conjecturis apparet hunc talem posse reperire fidejussores, quia tunc non sufficeret cautio juratoria, imo & tunc posset incarcerationi donec eos praestiterit, idque apparebit ex qualitate talis personae, secundum An. Go. r. 3. c. 6. col. fi. in dubio tamen quando non constat quod potest, vel non potest, juramento ipsius standum erit an possit reperire fidejussores, difficile enim reputatur invenire fidejussorem, ut innuit gl. in l. 3. §. quamvis ff. si cuiquam per legem sol. & in homine inope quasi impossibile, ut per Gutier. in d. l. nemo potest n. 293. Item intellige juratoriam hanc cautionem sufficere quoties cautio ista est necessaria, secus si voluntaria, ut quia voluntarie quis se adstrinxit ad satisfationem praestandam, nam tunc non sufficit cautio juratoria, secundum Paul. l. si fidejuss. §. si necessarium ff. qui sat. cog. ubi & declaratur quae sit necessaria, & quae voluntaria cautio, & per Suar. ubi sup. §. 2. n. ff. pag. 376. à quo desumptit Matienço l. 10. gl. 1. n. 1. & sequen. inf. hoc tit. & lib. verumtamen licet hac ita sint, Greg. in d. l. 1. 41. gl. pero si non, tit. 2. p. 3. inquit quod atenta dicit. l. fol. de los emplazamientos, & lege. nostra. in praesentio omnino satisfatio est praestanda, neque sufficit cautio juratoria, & ibi alios allegat idem tenentes, & Suar. ubi sup. §. sed at vende. n. 8. pag. 400. & prius in prin. ejusd. tit. de los emplazamientos n. 7. pag. 367. quem refert & sequitur Matien. hic gl. 1. num. 4. & ibi in d. n. 7. inquit ipse Suar. id ex pluribus legibus fori per eum allegatis probari, aliter enim reum esse incarcerationum & asserit ita practici, & sic pluries vidisse, & verum dicit, idque etiam probatur ex nostra lege dum loquitur per verbum, arroyar, quod est idem quod radices praestare, & radices erigere, per juratoriam tamen cautionem id non fit, neque securitas debiti praestatur, sed per possessionem immobilium, aut per fidejussionem praestationem, ergo tenendum est hodie dictam juratoriam cautionem non sufficere, quia quidem non est consultum actori, sicut antea consulebatur, cum tantum cautio de judicio sili erat praestanda, praesertim cum ut dictum est, lex nostra non est correctoria juris antiqui, sed suppletoria & additionatrix, & sic tenendum est, sufficere tamen praestare pignora ꝑ aequivalentia debito, ut inquit Suar. ubi supra num. 9. pag. 367. ubi ejus Addit. hanc dicit communem opinionem & crebriorem testatur Orof. l. 1. col. 632. in prin. ff. qui sat. cog. & probatur ex l. 6. r. 8. lib. 2. for. In proposito tamen declarandum est, quid & in quo differat fidejussor de judicio sili, à fidejussore de praestando ꝑ reum, quoties fuerit peritum, qui dicitur de la haz, & dicendum est fidejussorem de judicio sili obligari, quod reus sili in judicio usque ad sententiam & sic sententia lata liberatur reo ibidem tunc existente, neque post sententiam tenebitur fidejussor hic, in causa appellationis, neque in executione sententiae, ex text. in l. Graec. §. & post litem ff. de fidejuss. quem non esse alicui testatur Bart. ibi Ang. Paul. & Jaf. n. 7. & in l. 2. §. in fidejuss. ff. qui sat. cog. Mathesil. sing. 178. Suar. d. r. de los emplazamientos §. sed pone quae-

tionem

tionem, n. 27. Dac. reg. 339. Hippol. in sub. ff. de fidejuss. n. 139. in fin. & sequen. idque ampliat optime & declarat Jaf. in d. §. in fidejuss. Et sic inquit Bald. in c. dilecti. n. 12. de appel. Cavere oportere judices, ne carere pro criminibus mancipatos relaxent ꝑ sub fidejussoribus de judicio siliendo, cum cesset fidejussio, lata prima sententia, sed accipiant fidejussores de judicio solvendo, refertque ibi Bal. judicem quemdam hoc ignoranter pro incauta relaxatione ejusdam delinquentis fuisse in syndicatu damnatum, & ut ipse inquit desolatam, fidejussor autem praesentandi reum in judicio toties quoties judici placuerit, quem Hispanice dicimus de la haz, non liberatur per sententiam, secundum Bar. in l. si quis reum ff. de cons. reorum, quoniam post sententiam persona rei requiritur, ut in ea fiat executio, & Bar. sequuntur Paul. Alex. & Jaf. & ceteri moderniores in d. l. §. in fidejussorem, Hippol. in Rubrica. num. 140. ff. de fidejuss. Suarez, in d. l. §. sed pone quaeestionem, num. 32. usque ad 36. ubi consultit iudicibus ut fidejussionem hanc caute & late accipiant, ita ut fidejussor promittat reum exhibere & praesentare judici ante & post sententiam & in omne tempus toties quoties ab ipso vel alio iudice competente fuerit petitum, ita ut in eum possit exequi sententia, utique renuntiat legi sancimus C. fidejuss. & l. 71. r. 12. p. 5. nisi hac fecerit, solvet iudicatum, hujusque ratio est, quoniam d. §. & post litem d. l. Graec. non procedit, ubi expresse in fidejussione aliud tempus etiam post sententiam statuitur, id enim quod convenitur servandum est, ut pen. C. de fidejuss. Suarez ubi supra n. 28. & sic etiam in dicta fidejussione de judicio sili late & caute obligat fidejussorem, ut scilicet, obligetur de judicio sili in omnibus instantiis & in executione sententiarum & de judicio solvendo, imo & in hac fidejussione de la Haz, serva cautelam per me positam, in l. fin. n. 73. r. 21. lib. 4. sup. Pro complemento tamen hujus glossae ut nihil in ejus propositum scitu dignum omittamus, dubitationi cuidam est satisfactio, scilicet quot bona immobilia possidere debet reus ut evitet satisfationem ꝑ ceteris intrinsecum, si fidejussores non praestiterit, & in hoc Accursus, singulariter, in dicta l. sciendum in prin. ff. qui sat. cog. tot asserit bona immobilia possidere debere, quot quantitate rei petite aequivalent, cui glossae similis est alia in §. sed hodie, inst. de satisfatio. verbo ad terminum in fine, & in Authentica, de har. & fall. §. hinc nobis, verumtamen verior & receptor est sententia Bartoli, in ea l. sciendum, teste Alex. ibidem, medium esse eligendum arbitrio iudicis, ut non tanta immobilia requirantur, quanta aequivalent rei petite, nec tam modica, ut non repellatur suspicio fuge, sed Roderic. Suarez ubi supra dicta l. 2. r. 3. libro 2. for. in principio n. 19. inquit jure regio arbitrium hoc differens esse debere jure regio, à jure communi, quippe qui jure communi Imperatorum requirebatur possessio tot bonorum, quot juxta iudicantis arbitrium sufficeret ad praesumendum eundem reum non recessurum à judicio usque ad diffinitivam sententiam, ne ob ejus absentiam sententia & iudicium frustraretur, non enim poterat jure communi

Azevedo in Recopilationem. Tom. II.

judicium peragi absque litis contestatione, & praeterea melius causa determinaretur reo praesente quam absente, ut clare deducitur ex dicto §. sed hodie, & clarius ex dictis per Ang. in l. Julianus in fine ff. qui sat. cog. & Alex. dicta l. sciendum in prin. & Suarez ubi supra. jure vero nostro regio, ut subdit ibi ipse Suarez, cum procedi possit ad diffinitivam lite non contestata & in absentia, juxta legem 1. r. 11. supra libro 4. non sufficit satisfatio de judicio sili usque ad diffinitivam, nec possessio bonorum immobilium, quae cessare faciat suspensionem fuge, quaque reum adesse usque ad diffinitivam praesumi faciat, sed quod bona possideat, quae cessare faciant praesumptionem fuge usque ad executionem sententiae inclusive, nam licet usque ad sententiam non exigarat jure regio praesentia rei, exigitur tamen in ejus executione, quippe qui bonis deficientibus debet tradi creditoribus ad servandum, donec eis de debito satisfiat, ut in l. 2. r. 8. lib. 3. for. & l. 4. & sequen. sup. isto tit. & lib. ita optime Roderi. Suar. in d. num. 19. ubi deinceps tractat, de qualitate bonorum ad evitandum satisfationem, & inter alia bona numerat annuos redditus ꝑ immobilibus eos equiparans, quos si quis possideat, evitat satisfationem ut per omnes hic, dum tamen sint constituti super rebus immobilibus, secus si super persona tantum ut sunt los censos de por vida, & haec est communis omnium traditio teste Jaf. num. 23. & Oroscio, d. l. sciendum in prin. ff. qui sat. cog. sed an si in territorio alterius civitatis immobilia reus possideat, evitabit ꝑ satisfationem, & communis est secundum Soc. numero 12. Jaf. d. l. sciendum §. possessor. & ibi Orosc. col. 764. quod sufficit, sicut sufficeret fidejussionem in alia provincia praestare, quod intelligo, si non est multum provincia illa remota, ut in hac diximus lege, mobilia tamen possidere, si talia sint, ut occultari facile non possint, qualia sunt dolia defossa aut pretiosae merces, an excusari hanc satisfationem faciant, magna consensus est non compellendum satisfiare ea possidentem, secundum Jaf. d. l. sciendum, in prin. num. 2. Soc. 4. n. ultima. quod fidejussor de judicio sili & iudicatio solvendo apud iudicem unum praestita ad iudicem alium non extenditur, * nisi iudex ille alius sit subrogatus secundum Aret. consil. 80. relatum & secutum per Aymonem Craveta, consil. 973. numero 13. lib. 5.

Ibi. De testigos. Et sic juramentum non sufficit hodie, sicut olim sufficiebat ut quis compelleretur satisfiare, secundum Pal. Rub. hic n. 7. & n. 41. Anton. Gom. 2. asserunt hanc informationem non solum de debito, sed & de paupertate & suspicione dandam, ut in hac lege dictum est, & praxi communi sic videmus quotidie receptum, ad hanc tamen informationem faciendam neque est lites contestanda nec pars citanda, ꝑ ut tenet Pal. Rub. num. 41. & Anton. 15. Gom. 2. hic, & ante eos Angel. l. si ab arbitro §. qui ex causa, ff. qui sat. cog. relatus & secutus per Suarez d. r. de los emplazamientos §. 7. num. 34. pag. 405. & Matienço, hic gl. 2. in fin. litem & ex iis verbis nostri text. approbatur jam opinio Jaf. & Alexan. in l. si fidejussor. §. si satisfactum ff. qui sat. cog. dicentium non requiri de necessitate

H h h iij proba-

probari per publicum instrumentum ad satisfacionem hanc faciendam, & sequestrum faciendum, sed sufficere per testes debium probari & suspicionem, contra Bart. l. litiibus C. de agricol. & censib. lib. 11. & refertur per Abb. in c. 2. num. 28. de seq. pos. & fruct. & facit, nam si ad capturam persone testium informatio sufficit, cur & non ad hanc satisfacionem, & sequestrum bonorum, & ad sic tenendum utebatur hoc argum. Orosius in d. §. si satisfactum col. 660. & pro eo considero legem nostram, in quibus satis remanet declarata.

IN LEGES QUARTAM & QUINTAM.

Alimentandus est per novem dies carceribus intrusus a creditore cum incarcerari faciente, qui quidem debitor si intra hos dies non solverit neque fidejussores prestiterit, ipsi creditor tradendus est pro satisfacione debiti secundum formam & tenorem nostre legis. Et qualiter & quando cessio bonorum sit faciendaria, lex quinta sequens nostre legis quarta declaratoria, declarat & disponit.

SUMMARIUM.

- 1 Alendus est reus per novem dies expensis creditoris cum incarcerari facientis si pauper est, aliter est relaxandus.
- 2 Casus ubi alimenta litigatori debentur, remissive.
- 3 Cessio bonorum de jure antiquo quomodo fieret. & 7.
- 4 Conventio an valeat ne quis bonis cedere possit.
- 5 Cedens bonis tenetur inventarium bonorum prestare.
- 6 Clericus, ecclesia & collegium cedere bonis possunt, differunt tamen ut ibi, ubi & in confraternitate idem dicitur.
- 7 Conductores reddituum regionum & subabonadores non possunt bonis cedere ubi quid in alio debitore regis vel fisci.
- 8 Cessionis beneficio an renunciari possit.
- 9 Cedens bonis si post alia bona acquirat an de illis tenebitur solvere creditoribus.
- 10 Fidejussoribus an possit cessio debitoris, ubi cautela ut prosit.
- 11 Cedenti bonis vestes lineae relinquuntur.

Ibi. Hasta nueve dias. Assignatur hic tempus alendi debitorem incarcerationum pro debito a creditore & eum incarcerante, cum de jure communis tempus ad hoc non assignaretur, ut l. sed si heredes & ibi DD. ff. ad exhib. si forte ex artificio vel officio ali non poterat, ut ibidem notatur, & per glos. l. ult. C. de erog. mil. anno, vel si non habet aliunde unde alii possit l. judices C. de Epis. aut. Jal. in §. item si quis in fraudem numero 93. insi. de actio. Hippol. in pract. §. attingam numero 74. Aviles cap. 18. prat. verbo, qual convenia numero 5. & relaxandus est a carcere si non alimentatur, ut per Ripam l. obligationem numero 32. ff. de pign. per nostram tamen legem limitatur tempus alimentorum, item & insuper disponitur cuam indistincte loquatur, quod etiam si alium de habeat unde se alimentet per hos novem dies, est alimentandus a creditore eum in-

carceribus pro debito, ut voluit Fab. in §. fin. insi. de act. & Montal. in l. 2. tit. 8. verbo, de pan y agua, lib. 2. fori. nunquam tamen vidi alimentari nisi illum, qui aliunde alimenta non habet, fortassis tamen hoc erit, quia non petitum, sunt tamen plures casus ubi alimenta litigatori debentur & relati per Rebuff. tom. 1. constituit. Franc. tit. de senten. prout in prefatione a numero 36. cum sequent. quem videbis.

Ibi. Sea entregado. Quid esset de jure & antiquo, & quid de novo vide per Suarez, in d. l. 2. tit. de los gobiernos 8. lib. 3. fori in prefatione incip. ante omnia, numero 1. cum sequentibus aliquibus, qui in §. quinto quaritur numero 4. cum sequentibus pag. 417. ponit regulam nostri text. cum fallentis, de quibus & videbis per Avendano responso 8. per Anton. Gomez tomo segundo, capite undecimo, numero 51. per Baezam novissime, de debitor inope, ubi circa hoc fecit integrum tractatum, lex tamen nostra in iis verbis disponentibus tradi creditoribus alterata est per l. 7. infra eod. ubi majus tempus datur ut compelli possit debitor bonis cedere, & mediante cessione tradi creditoribus ad servendum, ita asserit Montalvus, hic, in additione, & secundum leges Romanas duodecim tabularum ita etiam fiebat, licet per plures id rejectum fuit durum conscientibus pro debitis aliquem incarcerari ut licet videre per Rebuff. in commentario de usur. num. 92. pag. 44. postea post manuale Hispanum; & Covarr. lib. 2. var. c. 1. n. 1. & alibi dixi, Baezam, ubi supra, Etan valeat conventio ne quis bonis & cedere possit, vide Rip d. l. obligatione nu. 30. ff. de pignori. cedens tamen bonis tenetur & indicare per inventarium omnia bona sua, secundum Addit. cappella Tol. 136. & Baezam, ubi supra cap. & secundum illam additionem quilibet etiam clericus, Ecclesia, collegium vel confraternitas cedere bonis possunt, & cessio tamen clericorum & ecclesiarum & collegiorum ac confraternitatum differens erit ab illa, quam secularis facit, neque erit ignominiosa, conductores tamen reddituum regionum & subabonadores non gaudent beneficio & cessionis, secundum text. in l. 5. titulo 9. libro 9. infra & in aliis casibus deductis per Jas. in §. fin. insi. de act. Et au debitor quilibet regis seu fisci gaudeat hoc beneficio cessionis, vide Did. Perez in l. 7. gloss. fin. titulo 4. libro 2. ord. dicentem quod sic, & probatur ex l. 7. infra eod. licet Bart. in l. 1. ff. de cession. bon. & Bal. in l. 1. numero 5. C. qui bon ced. pos. & Ang. & Jas. numero 14. in §. fin. insi. de act. aliud voluerint, & qualiter jure antiquo fiebat cessio ultra Suarez vide Covarr. lib. 2. var. cap. 1. num. 5. ubi quid jure nostro regio & Avend. d. responso 8. numero 2. cum sequentibus, ubi Covarr. num. 7. tractat an beneficium huic renunciari & possit, & Minchaca. de success. crea. §. 22. numero 79. cum sequentibus aliquibus & Rip. d. num. 30. & an debitor cedens bonis, si post alia acquirat, teneatur de illis solvere, vide Anton. Gomez d. tom. 2. cap. 11. num. 52. & glo. l. 1. 3. titulo fin. p. 5. & Alciar. in c. cum non ab homine numero fin. de judic. Et an fidejussoribus hoc proficit, & vide per Anton. Gom. ubi supra, ubi inquit quod non, & Baeza, de debitor inop. cap. 5. numero 39. & probat lex 3. titulo fin. part. 5. prodef-

se tamen possit si ipse principis debitor in se, pro se & fidejussoribus causam susciperet, si forte ipsi fidejussores poterant habere regressum contra eum, ex text. in l. idemque §. generaliter ff. mand. & text. in l. & si fidejussor. ff. de re jud. ubi Bart. Alex. & Jas. & Paul. in l. Marcus numero 2. ff. de fidejussor. & alii tenent istam cautelam secundum Alex. l. non tantum §. quod autem numero 4. ff. de re judic. & est ad hoc optima consideratio, quam novissime in propositum consideravi & a nemine usque adhuc ad hoc consideratam vidi, quam latius considerabis & de cessione bonorum plura etiam novissime consideravit D. Paz in sua practica cap. 5. part. 4. primi rompedentis tamen bonis vestes lineae relinquuntur, ex l. 1. titulo 15. part. 5. & ibi glossa. & instrumenta artis suae ad quorundam victum necessaria, ut per Covar. d. lib. 2. var. c. 1. num. 5. in fine.

IN LEGEM SEXTAM,

Cedentes bonis & catena renuntiantes legis nostrae modum & formam adimplere tenentur.

SUMMARIUM.

- 1 Libellus in materia cessionis, remissive.
- 2 Cedens quodammodo servituti adicitur, ubi declare.
- 3 Cedens bonis operas solitas, non vero insolitas tenetur prestare, ad instar debitoris ingredientis monasterium, ut ibi, & numero 8. qua opera sint.
- 4 Rigor hic ut cedens ad collum manicas ferreas afferat, cum aliquibus non esset servandus.
- 5 Cedens bonis si traditur uxori, & filiis, non debet tradi ignominiose cum argolla ad collum, sed sine ea.
- 6 Uxor repente bona a marito constante matrimonio ab inopiam habebit ratio ne egerat.
- 7 Uxor an possit petere dote si maritus absque culpa devenit in paupertatem.
- 9 Creditoribus non instantibus ut primus cui cedens adjudicator faciat illum argolla ferrea ad collum ambulare non perdunt jura.
- 10 Creditor non perdit in totum jus quamvis requisitus non compellat debitorem cedentem argollam dictam trahere, sed suspenditur usque creditor requirens recuperet debitum.

Ibi. Renuntiare de la cadena. Libellum ac formam procedendi in materia cessionis bonorum & videre poteris per D. Suarez de Paz in sua practica quarta part. primi tomi, cap. 8. quem pro hoc referre sufficit. Ibi. Al cuello una argolla de hierro. Ex iis verbis deducitur in persona liberi hominis esse jus & quoddam servituti, ita ut quamvis liber homo non possit pignori dari, nec in privato carcere detineri perpetuo, ut in l. 2. C. de patri. qui sit. dist. 1. ob ea. & ant. imo, C. de act. & oblig. autoritate tamen Regia, & legum Regni hujus, jus quoddam servituti, & operarum constituitur, non servituti, quoniam servus non efficitur debitor qui bonis cessit, sed traditur creditori ut serviat, ut in casu simili notat glos. in l. liber captus C.

de captivis, & in l. 1. gl. fin. estque debitor hac in specie apud creditorem veluti in obsequio, quippe cui libertas non asertur, sed voluntas compimitur, ut not. Platea, in l. nemo carcerem n. 23. C. de exalt. trib. lib. 10. explicat Oldrad. cons. 54. & sic etiam intelliges gl. in leg. fidei commiss. §. si rem de legat. 3. dicentem debitorem servum esse creditoris, non enim est servus servitute civili, sed quodammodo servus, quia servit cogiturque operas facere, ex quarum pretio creditoribus satisfaciatur, operas, inquam, solitas, non vero insolitas, & argumen. l. locum §. si re ff. de usufruct. ad exemplum monachi religionem ingressi, qui debita ante ingressum contracta, ut solvat, laborare scribendo, vel aliis honestas operas intra monasterium facere compellitur, ut inquit Panor. in cap. cum l. & A. numero vigesimo septimo, de re judicand. & notatur in l. pro herede §. si quid ff. de acquirend. hered. Avend. respon. 8. numero septimo, Suarez in principio dicti tit. de los gobiernos numero 19. & Olanus, in covar. Ant. litiura Dn. 18. & 19. & sic lex nostra cessionem ignominiosam approbat, & hoc in odium cedentium, aliis tamen modis oculis hominum inflexis fiebat jure antiquo, ut per Suarez, ubi supra, numero decimo quinto, nosse tamen legis nostre servat imo & rigor hic, de trax argolla ad cuello, paulatim inter homines labitur, & quasi crudele videatur hominem liberum collo ligari manicas ferreis, & jure optimo in desertudinem ire deberet, nisi esset cedens homo qui dolose debita contraxit consilii cessionis beneficio & comestionibus & ludis ac concubiis in paupertatem devenit, vel in mercatoribus decoctoribus, vulgo alcadors, in iis rigor hic non esset relinquendus nec a carcere relaxandi essent, secundum Bald. consilio 490. num. 4. lib. 5. & Paris. consilio 94. numero 10. libro 1. & Benvenut. libr. de decod. 3. parte, numero primo, cum sequentibus, & idem erat in iis, qui sua culpa facti sunt non solvendo ut per eos ibi, & cum iis etiam penitentibus creditoribus rigorem nostre legis servarem, nedum ignominiose vivere deberent, & minus propter delictum excusent, sed in homine, qui casu, fortuna, & sine culpa in paupertatem devenit, propter quod compulsi est, ne in carcere periret, renuntiare catena & cedere bonis, cur rigor hic esset servandus, & danda afflictio afflictio quas ob res, vel cum uxor & filii ejus ea mortua pro dote, & bonis maternis se cessionis mariti vel patris opponunt ut creditores, quibus quidem ut talibus maritus vel pater tradendus est tanquam creditoribus prioribus, si priores sunt & tempore vel jure, sine manica ad collum traditur, & in uxore, ita tenent Anton. Gomez, & Baeza, & Villalobos, & Joan. Gutierrez, relati per dictum D. Suarez de Paz, in dict. cap. nono, ubi hanc dicit veriore & communiorem, & eam etiam sequitur Didacus Perez, in l. 5. titulo decimo tertio, libro quinto, vadin. ubi refert Aviles, eam sequentem, & sequitur Matiengo, hic gloss. 3. numero tertio, etiam si Monterroso relatus per Suarez de Paz, dict. cap. octavo, dixerit inadvertenter contrariam esse communiorem, sed contra cum cum dictis DD. est communis practica in locis, ubi sic vidi pluries pronuntiarum, inquam enim esset uxorem dote sua privari, & creditores postiores ei in operis

operis a marito praestandis praefertur, in filiis tamen magis est dubitandum de hac quaestione, quam in uxore, licet mox videri idem esset iudicandum, haec tamen licet ita sint, non est tradendus maritus uxori & multo minus filius cum torque ferreo ad collum, sed sine eo, neque per hoc pendente jus suum anterioritatis, cum absurdum esset filius & uxori sic tradi, & ita tenent supradicti DD. quicquid Aviles aliud & male velit, & contra eum vidi semper in hac Placentiae civitate praefertur, & in sententia ita declaratur, ut per Paz. ubi supra. Sed an si mulier in causa in quo consistit matrimonio repetit dotem a viro ob inopiam mariti, habebiturne ratio an maritus egeat, & non habendam testatur gloss. in l. ubi adhuc C. de iure dot. cum qua est communis, teste Avenl. respons. 3. numero 8. versicul. & quamquam, & Anton. Gomez; tomo secundo, capite undecimo; numero 53. A fin. ex lege tamen 1. titulo 15. partita 5. contrarium asserit tenendum Villalobos, in antinomia juris civilis & regii littera D. numero 215. & Olanus, in concord. Antio. littera D. numero 84. ubi numero 87. sanctat idem esse de iure communi cum fructus dotis remaneant pro alimentis & oneribus matrimonii sustentandis: Sed an uxor poterit petere dotem ob inopiam & mariti si absque culpa maritus devenit in pauperem, & videtur quod non, ex l. 29. titulo undecimo, partita 4. sed quia lex illa non prohibet aliter repeti non posse dotem, creditoribus existentibus tenendum est, quod etiam sine culpa sua maritus ad inopiam deveniat, poterit uxor petere dotem, quando creditores vendunt bona mariti, vel executionibus ea sibi appropriari volunt, aliter enim esset uxorem dote sua privari pro debitis mariti ad quae ipsa non erat obligata, & ita praefertur dictam legem pariter asserit Bernard. Diaz in additio. ad Pal. Rub. in repetitione capit. per vestras. §. 24. quem refert & sequitur Villalobos, in Antinomia juris civilis & regii, littera D. numero 209. & Olanus, in concord. Antio. dicta littera D. numero 83. quia lex illa 29. partitarum solum providit cum uxor vult petere dotem a marito ad inopiam vergente, nullis instantibus creditoribus, tunc enim non aliter admittetur quam si culpa sua maritus ad inopiam devenit, ut ibi patet clare ex lege illa, dum dicit dotem depositandam ut ex ea alantur, sed cum creditores instant tunc indistincte admittitur uxor tanquam creditrix mariti ut aliis praefertur ex l. assidens. C. qui pot. in pig. hab. & sic pluries vidi praefertur in hac civitate, & ita praefertur inquit se audivisse à viris doctissimis, Didacus Perez in additio. ad Seguram, in tractat. de bonis lucrativis constante matrimonio numero 9. quae nota quia multi iustices haec ignorant. Et quas operas tenetur debitor cedens impendere creditoribus, dic quod eas tantum, quibus debitor non fraudetur tempore necessario ad curam corporis sui, ut l. cum Patronus. §. fin. ff. de oper. libr. Lucas de Penna l. 1. col. 1. in fine. C. de agricol. & consil. libro undecimo, & cum vir & uxor unum censeant corpus, & una persona quoad debitum conjugale, ut cap. admonere 33. questio. 2. Genes. 2. & Matth. 19. non poterit creditor tanto tempore debitorem occupare, ut ejus corporis copia uxori suae esse non possit, ut inquit Avenl.

d. Respons. 8. numero 9. & 10. & in hoc tantum casu, secundum eum ubi uxor vendicare poterit personam mariti, & hac causa poterit creditores ob debita jus habere in persona debitoris, ut ipse serviat & ex operibus dicitur solvat, datis debitori necessariis alimentis, ut notat gloss. in l. finit. ff. de oper. ser. & probat lex nostra dicens. De lo que ganare mantengalo racionablemente Pecuniaque haec redacta ex operibus viri non caderet sub hypotheca quam mulier habet contra bona mariti, nam cum creditoribus haec opera debeatur, quod inde nascitur, sunt bona creditorum & non uxoris, argum. text. in l. solum ff. de rei vend. secundum Avenl. d. num. 10. idque locum habet in casu in quo prius maritus traderetur alicui creditori antequam uxori: nam si uxori prius traderetur, quod verificari non potest.

Ibi se praefertur. Intellige ex l. 8. infra isto ritu, dum tamen ille prior creditor, cui prius debitor fuit adjudicatus, sit requisitus à posterioribus creditoribus & arguam hanc tali debitori imponat, aliter enim non perdit jus praesentis, & ad hoc processit lex illa, & iuxta tenet de iure ad poenam incurrandam requisitus requiritur ut diximus in l. 7. titulo 18. lib. 4. supra. eo tamen requisito si infra sex dies secundum illam legem 8. non imposuerit ei manum ferream ad collum, perdet prioritatem & anterioritatem juris sui, & illi qui requisierunt ei praefertur non solum quoad opera debitoris, sed & quoad bona per eum post cessionem acquisita, ut text. noster probat, & solutis illis creditoribus, qui requisierunt, tunc prior ille creditor recuperabit debitum suum, quia non privatur eo in totum, ut clare ex verbis nostrae legis delucitur: Ex quo novissime infero, quod si ex quinque creditoribus duo requisitionem fecerunt, iis duobus solutis, intrabit prior creditor ante alios res & non requirentes, eo quod lex nostra solum requirere praetulit, dum dicit. I que los acreedores a cuyo pedimiento se hizieren las tales execuciones se prefiran, &c. Et est mea nova ac vera consideratio ex text. nostro elicit, & an per ordinem debeant requirere, vide in l. 8. infra eodem.

IN LEGEM SEPTIMAM.

Quid erit faciendum cum debitor incarcerationis non vult solvere neque cedere bonis, declarat lex nostra.

SUMMARIUM.

- 1 Regula, quod beneficium non datur in invitum limitatum.
- 2 Iudex non potest ex officio jubere cessionem factam per lapsum temporis nostri text. nisi creditoribus petentibus.
- 3 Posterior creditor vendens rem & eam obligans specialiter pro solutione debiti conventi & quod interim quod non solvitur sit obligata, praefertur anteriori creditoribus, ubi an sufficiat post traditionem & numero 4. an uxori praefertur.
- 5 Mutuus pro resolutione navis an praefertur ubi de intellectu quarundam legum partitarum.

Ibi

Ibi Después de liquidada la deuda. Et per biennium & plus poterit esse in carceribus dum debitum liquidatur, ante enim liquidationem factam & quis prior sit creditor & in rem iudicatam lapsum sententiam super iis terminis nostrae legis non incipit currere.

Ibi Sea obligado a renunciar, la cadena. Sed nonne beneficium cessionis favore debitoris introductum est, ne perpetuo carere sit alligatus, ergo favor, & beneficium non est in invitum consentendum prout est juris Brocardicum, & quod favore introductum est non debet in eius odium retorqueri, ideo vel dicendum est, cessionem utpote ignominiosam rem, non esse favorem, neque beneficium, sed onus potius, nam fama vitae acquiparatur, ut per Doct. in l. ut vim ff. de iust. & iure. Cedentes autem bonis commuiter per omnes infames, & ignominiosi iudicantur, igitur cessat objectio dicta, cum cesset fundamentum objectionis: vel casu in quo diceremus cessionem honorum esse beneficium, quod potius ego voco suffugium carceratoribus, si tunc regula non procedit, quando ex illo beneficio tertius commo- dum & interese reptat, tunc enim dictum & beneficium datur in invitum, ut per Dec. in reg. in vicio ff. de reg. jur. in creditoribus vero commodum ex legibus nostris datur cessionis remedium, ergo volente creditor debitor tenetur omnino cessionem facere lapsis sex mensibus nostrae legis. Quae quidem lex nostra providit de reme-lio contra debitores cedere nolentes, de quo antea dubitabatur per Suarez, in d. tit. de los gobiernos, quest. 3. pag. 415. & l. 4. tit. 15. part. 5. non providebat de tempore ut ibi gloss. fasta, voluit significare: legisque nostrae remedium licet lapsis sex mensibus locum habeat, censetur per lapsum eorum cessionem factam, adhuc tamen requiritur declaratio iudicis ex dictis per nos alibi, quando poena ipso iure imponitur, quod declaratio requiritur, & cum declaratio requiratur creditoribus non petentibus, iudex eam & non faciet, quia ad utilitatem privatam non potest officium suum impartiri, ex l. 4. §. hoc autem ff. de dam. inf. & ex dictis in propositum per Baezam de inope debitor. cap. undecimo numero 8. in principi. & numero 9.

Ibi Que la ley manda. Scilicet l. 4. §. 6. supra isto titulo & libro.

Ibi Al acreedor que primero segun derecho deve ser pagado, Matienço hic gloss. 5. ex iis verbis sumpsit occasionem proponendi materiam praesentationis creditorum, quae quidem est ampla & in ea possent plura consumi membrana, & sic ne diminute procedamus prout ipse processit, & quia materia est jam clara, & oprime discussa per Negulancio 4. parte numero 55. dicitur an satis sit quod in eodem instrumento haec hypotheca subiciatur post traditionem, an vero exigatur quod fiat ante vel in ipsa traditione, & concludit contra Negulancio. satis esse etiam post traditionem pactum hoc subiciatur, ut & voluit Ruinus consilio 214. numero 10. libro 1. & Carr. Jun. consilio 146. & sequentibus, & quamvis venditor, qui hoc pactum appoluit creditoribus hypothecariis etiam anterioribus praefertur, non tamen mulieri debitoris tacitam, vel expressam * hypothecam habenti, per text. in authent. ae equal. det. §. his consequens, ut ex eo colligit ibi gloss. agrum, Specul. ritu de obli. & sol. §. 1. num. 45. Brr. Albert. Sal. l. interdam ff. qui pot. in pig. hab. Paul. & Jal. l. creditor ff. si cer. per. Afflic. decif. 306. & hanc communiorum & in praxi receptam opinionem testatur Covar. dist. cap. 7. numero 2. & 3. & probati videtur ex l. 29. tit. 1. precedentibus, tit. 13. partita 5. contrarium tamen tenuit gloss. el postviero, in dist. l. 30. per text. ibi, quae hanc causam non exceptit, & ita voluisse Bal. novel. de dote, ut ibi refert, neque obstant huic opinioni dicta l. 29. & duae praecedentes ibidem & supra allegatae, quoniam ibi in eis non praefertur dori maritum pro resolutione & havis & in aliis casibus ibidem designatis, quia non fuit res illa vendita specialiter & expresse pro solutione pecuniae obligata, sed tacite tantum, & sic nimirum si non praefertur dori anteriori, & sic procedit etiam gloss. dicti §. his consequens, pro prima opinione allegati, non autem loquimur cum expresse res vendita, vel empta ex pecunia mutuata obligatur expresse pro solutione, nam tunc non solum anterioribus creditoribus praefertur, verum & dori, prout fuit opinio Bar. in l. interdam ff. qui pot. in pig. hab. & aliorum plurium relatorum per Covarr. d. c. 7. num. 3. ubi hanc frequentiori calculo receptam testatur, & sequitur eam Coepola cunctula 124. & Pet. Pekius, in d. c. qui prior, num. 15. & ideo dicta l. 30. cum de hac expresse obligatione locuta est, non meminit dotis, sicut in d. l. 29. ibidem fuit mentio facta, & per consequens haec opiniones non sunt contrariae, prout eas voluit contrarias facere Covarr. ubi supra, & Matienço hic d. gloss. §. num. 8. nam prima, ut vides, procedit cum solum adest tacita obligatio, secunda vero, quoties adest expressa obligatio & hypotheca pro solutione pecuniae, quae nota, quia nova & singularia.

IN LEGEM OCTAVAM.

Primo creditore negligente debitorem ei adjudicatum cum torque ferreo ad collum incedere post sex dierum requisitionem sequentibus requisitionibus est tradendus, & sic deinceps.

Ibi Después que fuere requerido. Sed per quem, & die per quemque aliorum creditorum, & sic sive secundus creditor sequens post primum, sive ultimus eorum requirit, sufficit, ut requirenti tradatur in negligentiam requisiti, cum univocis eorum interit ut priori serviat, ut citius unusquisque debitum suum consequatur.

Ibi Como por la ley. Quae est 6. huius tit. & libri.

Iii IN

IN LEGEM NONAM.

Cessio honorum fieri potest quous pro interesse tantum parti lese ex sententia iusto restitui petitur cessio, & sic pro damno illato & securo ex furto, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Cessio honorum non habet locum pro pena pecuniaria in vim mere vindictæ inopposita, sed tantum pro interesse pecuniario parti lese restituendo, ubi n. 2. an in damnatos fisco solvere idem sit.
- 3 Cessio honorum pro pena pecuniaria parti applicata in quolibet delicto an locum habeat.
- 4 Cessio honorum à delinquente facta pro interesse partis gravata est faciendâ, sicut sic pro debitis civilibus & torquem ferreum ad collum debet ferre cedens.

Ibi *Y* no tuvieren bienes conque pagar a las partes sus intereses. Ex verbis iis non est delendum, quod pro pena pecuniaria vel corporali appositâ in vim mere ultionis esset locus cessionis honorum, sed quod tantum tunc sit locus cessionis quoties pro interesse tantum parti lese ex sententia iusto restitui petitur cessio, & sic pro damno illato & securo ex furto, in quo nimitum si cessio locum habeat, cum loco publicæ vindictæ non infligatur, ut de iure voluit Joa. Aud. & Panormi. in c. Odaardus, de solutio. Boer. decisio. 349. numero 8. & sequent. Rupellanus, Forensium institutio. lib. 4. cap. 6. ubi idem esse statutum apud Gallos testatur in pittaviensi conventu anno 1531 & voluit Didac. Perez. l. 3. tit. 1. lib. 3. Ordin. columna 786. in fine, & sequent. sic intelligens legem nostram & Covar. libro 2. Var. capit. 1. numero 8. & gloss. penult. l. 4. titulo 15. partita 5. & Navar. in Manuali Latino cap. 17. numero 86. & Baeca, de debitore inope. cap. 1. numero 5. & 6. quamvis ipse ibi velit nostram legem intelligere, etiam quando in meram penam pecunie condemnatio sit, & bene fundat, est tamen contra communem per nos assertam in l. 10. in gloss. diez. mil. titulo 1. supra libro 4. & an in damnatos fisco solvere idem sit, * ibidem examinat ipse Baeca num. 7. & numero 11. aliam questionem proponit, & sic quoad interesse partis cessat ex lege nostra regula illa, qui non habet in bonis, luat in corpore, de qua dixi in dict. l. 10. in gloss. diez. mil. Et an lex nostra in quolibet delicto procedat pro quo pecuniaria pena parti pro interesse & applicatur, crederem quod sic cum militet eadem ratio & dispositio nostri text. ut voluit Baeca ubi supra num. 6. & Olanus in concordia Antonom. littera D. num. 18. & Did. Per. ubi supra, contra Villalobos ibi in furto tantum id procedere volente; est tamen verum quod si grave esset crimen, posset in publicas trimes mitti ut trimes onere fungatur, donec ex publica pecunia damnum & interesse privatum fortitur, ut inquit Covar. d. lib. 2. cap. 8. in fi. & Baeca ubi supra, num. 8. & ita in crimine gravi procedit id quod ibi inquit Covarra. solere regios prætores facere. In calu tamen in quo cessio est admittenda, cedens debet asserre torquem

ferre an ad collum, sicut quilibet alius cedens, ut iudicatum inquit Baeca, ubi supra num. 11.

IN LEGEM DECIMAM.

Quo tempore præscribitur fideiussio de aliquo in iudicio presentando, & sic de iudicio fisci, declarat lex nostra.

SUMMARIUM.

- 1 Fideiussio de iudicio fisci cessans per annum an procedat in civilibus sicut in criminalibus.
- 2 Fideiussor de iudicio fisci non potest conveniri nisi excusso principali & usque ad sententiam tantum. & eo mortuo liberatur, ut ibi.
- 3 Fideiussor hic an liberetur à pena, si impeditur non potuit reum in iudicio trahere.
- 4 Pena si in fideiussione de iudicio fisci non apponatur, an & tunc procedat præscriptio nostri text.
- 5 Pena talis fideiussionis non imponitur, si jus partis non est factum deterius.
- 6 Purgatio morte admittitur etiam in executione facta à lege vel ab homine si jus partis deterius non est factum.
- 7 Fideiussor an liberetur si semel reum presentavit in carcere.
- 8 Fideiussor an incurrat penam si in termino constituto eum non presentaverit.

Ibi *Para la presentat en iudicio.* Et est fideiussio de iudicio fisci tantum, de qua in l. sancimus C. de fideiussor. & ibi per D. D. Et an ista lex locum habeat cum in criminalibus procedatur tantum, an & si in civilibus agatur & crederem, quod cum communis sit opinio teste gloss. 1. in l. 17. tit. 12. part. 5. legem illam, sancimus, in criminalibus, & in civilibus loqui, legem etiam nostram in eisdem loqui. Imo & quamvis quoad jus regum atinet differentiam fieri videatur per l. 36. titu. 11. part. 5. ut ibi advertit gloss. 1. tamen quoad nostrum text. tam in civili quam in criminali fideiussione de iudicio fisci facta idem iudicarem, ut pena appositæ si reus non fisteret in iudicio ad tempus promissum præscriptio nostri text. procedat. Et reus iste de iudicio fisci non potest conveniri nisi excusso principali, & usque ad sententiam tantum tradit Duchas, regula 331. & 333. mortuoque principali fideiussor de iudicio fisci liberatur à fideiussione, ut ex text. in l. 19. titulo 12. partita 5. ubi glossa. Et an fideiussor hic liberetur à pena si propter impedimentum non potuit reum in iudicio & in tempore presentare, vide textum in l. 37. titulo 1. part. 5. & Suarez, de fideiussore in causa criminali, pagina penult. cum sequentibus. ubi alias liberandi causas declarat, & in fine illius tractatus meminit nostræ legis.

Ibi *So cierta pena.* Nota verbum, pena, ut intelligas legem nostram loqui in fideiussore de iudicio fisci vel reum presentandi in iudicio, non vero in fideiussione de iudicato solvendo, quæ duo fideiussiones, quales sint & quomodo differunt in hoc titulo remanet dictum. Quid tamen si nulla fuit appositâ pena, quo casu iudicis

dicis arbitrio committitur pena impositio, secundum textum in l. 19. titulo 12. partita 5. an tunc procedat præscriptio nostri text. & crederem quod non procedat, nisi prius declarata fuerit pena per iudicem, nam ea declarata procedet nostri text. præscriptio, & non ante, & ita legem nostram declarat glossa. finalis in dicta l. 19. & Villalobos, in arario comm. opin. littera F. numero 106. habes tamen unum notare quod nunquam pena hæc debetur, si parti est applicanda, si partis ipsius jus non est factum deterius, & si post ejus incursum, & sic post tempus constitutum pro presentando reo in iudicio fideiussor eum presentaverit, eo quod ut diximus in l. 7. numero 119. titulo 18. lib. 4. supra, pena conventionalis eatenus debetur quatenus interest, item, & quia in executione facta à lege vel ab homine, & si non admittitur purgatio & morte, secundum Bart. in l. si insulam nu. 19. ff. de verborum oblig. communiter approbatum, secundum Claud. columna 9. Jaf. 31. Alexan. 33. Aretin. 61. Ripa 82. Vincen. 103. Annibalem 153. ibidem, & eundem Aretin. consilio 64. & Decium consilio 151. & Parisi consilio 222. volum. in 2. late Jaf. in l. fin. columna penult. C. de iure employten. ex hoc plura inferentem, tamen si jus actoris non est factum deterius, bene admittitur purgatio, secundum Alexandrum dicto numero 33. limitat. 11. Curt. junior,

l. 2. §. si actor. columna penult. C. de iure iuran. propter cal. d. n. per text. in l. mancipiorum ff. de op. in ne legata. quem ad hoc dixit unicum Alex. d. limit. 11. & sic vidi jam quosdam fideiussores obligatos presentare in iudicio quemdam debitorem civilem sub pena gravi numerorum designata intra certum tempus absque requisitione, liberos iudicatos eo quod ante sententiam eum presentaverunt, quia nihil partibus intererat tunc vel antea reum illum esse presentatum, & licet nihil horum alleget, ita voluit D. Gutierrez, in sententia de iuram. Confir. 1. parte, cap. 36. n. 10. ubi ipse addit etiam esse probandum de consuetudine esse non exigi tales penas, & bonum erit hoc probare licet non necessarium reputo, sed sufficere probare nullum damnum præiudicium vel interesse secutum ex non prævia presentatione, licet abundans cautela non noceret probando dictam consuetudinem. Et an liberetur fideiussor hic, si semel reum presentavit in carcere, * vide Anton. Gomez. tomo 3. cap. 9. num. 69. in fine, & Montal. in l. 4. tit. 3. lib. 2. fore verbor. o por siador, Hippol. in rubrica numero 142. ff. de fideiussor. & an monendas sit fideiussor, vel sine monitione incurrat penam, si in termino & constituto eum non presentaverit, vide eundem Anton. Gom. d. n. 9. & hæc pro hoc titulo.

